

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 127. Ex dictis populares difficultates, quæ objici solent, in pulverem
rediguntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

peccatoris cap. 11. Negamus & nos, ad veram plenamque conversionem, adeoque & absolutio- nem confutudiniorum solum exigitur, ut pra- vos habitus, quibus ad peccandum iuxta SS. Patres, moraliter quicquid necessitate veluti compelluntur, eadem destruxerint, ut jam non amplius necessi- tatem illam, seu quasi necessitatem inducant, nec iam amplius fortiores sint charitate, sed charitas illis pravaelet, & fortior sit, licet eorum aliqua adhuc superstites sint reliqua; nec profinde habi- tus illi ex toto detraheantur, nisi in proposito for- ti & efficaci.

n^o 70 Nec minis à veritate alienum est, à nobis negari solutionem peccatori, si semel aut bis pec- caverit. Imò toties (abique termino) ipsum ab- solvimus, quoties post peccatum, vel relapsum, quālibet frequenter iteratum, ex toto se corde conversum ostenderit.

Denique verum non est, confutudiniorum conversionem longo tempore à nobis alligari, vel à nobis longum tempus determinari, ante quod ordinariē non posse converti, vel à nobis miseri- cordia Dei mensuram ponit, vel tempora defini- ri. Figmenta sunt ista omnia, larva sunt, sunt impostura. Si enim confutudiniorum conver- sionem longo tempore non alligaverint antiqui Pa- tres, nec vetus Ecclesia, licet ipsos ordinariē non abolerint, nisi post poenitentia opera diu exer- cita; nec ideo mensuram posuerunt divina misericordia, nec tempora definierunt: multò minus nos, qui confutudiniorum absolutionem ad tempus absque comparatione brevis ordinariē ditterimus. Dicimus ergo cum D. Chrysostomo ubi supra: *Temporis moram non requiro, sed ani- ma correctionem. Hoc itaque fac demonstres, finne compundit, hanc in melius commutat, & res tota confecta erit; quod nisi ita sit, nabil projecto tem- poris diuturnitatis emolumenti attulerit. Negae enim seipsum ne obligatio vulnus fuerit, quarimus, sed an obligatio illi quidquam profuerit. At si quidem ad exiguum tempus adhibeatur, non jam am- plius adhibeat. Si autem nondum eam adhibuisse juvit, etiam post decem annos adhibeat.*

Dicimus etiam cum Hennebello & aliis Docto- ribus Lovaniensibus in declaratione n. 1343. re- lata, *Si quis lapsus sit in fornicationem, aut aliud crimen paris adhesionis, & gravitatis, difficultem & tardam passim esse ejusmodi peccatoris conver- sionem; adeoque impetrandum, & Confessario proban- dum per opera. Et opera illa esse haec, & busi- modi: à locis, consortiis, aliisque peccandi occasio- nibus abstine, refudari adversus tentationes, ora- re, aliaque officia hominis Christiani sedulo obire facere diligenter que sunt statis & officii sui parti- cularis, jejunare, si id patienter vires corporis, & officii ratio, eleemosynas (si facultas adiutorio- gare, cessare à peccato. Quae satis laborioás sunt pec- catori alia agere affuet.*

Tempus, quo opera ista ante absolutionem pera- genda sunt, tum ut impetretur conversio, tum us- ea satis probetur Confessario, definiri non posse; sed debere passim esse notabile, si comparetur ad tem- pus, quo paragi solet preparatio illa ordinaria, que à plerisque bude adhibetur.

Expendenda vero esse haec: gravitatem nimium, & adhesionem peccatorum; modum quo peccata com- missa sunt; an ex ignorantia, an ex infirmitate, an ex malitia; durationem, quā in peccatis besti- peccator seruorem, quo penitentiam agit, tentatio- nibus & peccato refluit, occasiones fugit, orat, &c.

Hactenus sapientissimi illi Magistrorum coram A- poltolica Sede: quæ nihil hactenus in illa decla- ratione reprehendit.

CAPUT CXXVI.

Observatio preambula ad solutionem argumen- Tom. III.

torum, que ab Adversariis objiciuntur, ex qua argumentorum illorum imbecillitas generaliter ostenditur.

A rgumentorum illorum imbecillitas inde per- spicua est, quid dum per ea Adversarii sen- tentiam & proximam nostram (de absolutione mag- nis peccatoribus, maximè confutudinariis & recidivis ordinariis mox non concedenda) incul- sare prætendent velut nimis rigorofam, impruden- tem, & humanae fragilitatis rationem non haben- tem, eo ipso veteris Ecclesie proximam de nimio ar- guenti rigore, deque imprudentia & indiscretione, & quidein à fortiori: si quis enim rigor sit in praxi nostra, centefima, imò plurimam centesimam ex parte minor est rigore veteris illius praxis. Cum ergo veterem illam proximam de nimio rigore, impru- dentia, & indiscretione, absque ingenti temeritate, imò abque errore arguere nullus posfit, qui Ecclesiam, ut oportet, veneratur (cujus authoritate praxis illa vim & robur habuit) de nimio e- stiam rigore, imprudentia, & indiscretione nullus absque ingenti temeritate sententiam & proximam nostram potest arguere. Ut nec de ullo alio inconveniente: quia nulla inconveniens magis, imò longe minus sequi nata sunt ex praxi nostra, quam ex illa praxi Ecclesie antiqua, longe ma- jores ac diuturniores rigores exigente, & injun- gente.

Contra proximam prouidem nostram non magis mi- litant divina Scripturæ testimonia, vel citæ ab- solutionis exempla, quæ Adversarii proferunt, quām contra veterem illam proximam. Et idem est de nonnullis Chrysostomi, sed aliorum Parrum sententias, quas similiiter objiciunt. Ad ista tamen, tam Scripturæ, quām Patrum testimonia, specia- liter respondimus cap. 37. 38. & 41.

Nec eidem praxi nostra magis obsunt popula- res difficultates objici solite, quām eidem praxi antiquæ, prout ostensum imus.

CAPUT CXXVII.

Ex dictis populares difficultates, quo objici so- len, in pulvrem rediguntur.

O bjicies 1^o. fieri potest quid magnus pecca- tor, etiam confutudinarius, vel recidivus hic & nunc verum ac sufficientem habeat de peccatis suis dolorem. Eum autem habent nec neganda, nec differenda est absolutio.

Concessa maiore, concedo etiam minorem, modò dolore illum Confessario sufficienter pro- bet: secus, si cum ipsi sufficienter non probet, de coequo Confessarius rationabile habeat dubium, prout habet in casu de quo agimus, & prout olim habuit de talibus Ecclesia.

Objicies 2^o. in dubio, utrum quis sit vel non fit sufficienter contritus, Confessarius debet cum ut sufficienter contritum habere; prout in dubio, an quis si vel non sit bonus, debet eum ut bonum habere, meliorem in partem interpretando quod dubium est, quando manifesta non apparent indica- tia malitia ipsius, prout docet S. Thomas 2. 2. q. 60. a. 4.

Respondeo Angelicam doctrinam istam non procedere in foro judiciali, sive sacramentali, si- ve extra sacramentali; in quo probanda est probi- tas, & contritus proximi, ut judicetur probus, vel contritus, & in quo Judex sacramentalis confule- re debet honori Sacramenti, & saluti proximi, idèque non potest absolutionis proferre senten- tiam, nisi in favorem illius, qui argumentis suffi- cientibus probatur esse dignus, uti confit ex praxi veteris Ecclesie. Et ne in privato quidem extra- judiciali iudicio Angelica doctrina illa procedit, dum agitur de adhibendo nostris, vel alienis ma-

D d 2

lis remedio. *Cum enim debemus aliquibus malis adhibere remedium, sive nostris, sive alienis, expediat, ad hoc ut secundius remedium opponatur, quod supponatur id quod est deterius,* ait S. Doctor ibidem ad 3. In sacramentali vero iudicio maxime agitur de adhibendo malis alieni remedio: quod revera non adhibetur, si confitens supponetur contritus, & ut talis absolvetur, dum revera contritus non esset. Quia absolutio non solum foret inutlis, sed & noxia.

1275 Objicies 3^o. Confessio peccatoris, non coacta, sed voluntaria, cum sit opus ex se bonum, & divinitus inspiratum, fundat rationabilem presumptionem, quod inspirata non fuerit absque dispositionibus requisita.

Respondeo 1^o. non omnes qui confitentur, id facere ex motu divinae inspirationis; imo plerisque ad Confessionem sponte venire ex consuetudine ne vidantur impii, vel alii disiformes, prout Eminentissimus Cardinals Denzilius observat. 2^o. certum esse non omnes sponte venientes, venire debita cum dispositione. Alias omnes absoluvi poscent: cuius oportunitat tradit Rituale Romanum, & omnes Patres. 3^o. multos ad Confessionem sponte venire, qui non habent nisi semiplenam se emendandi voluntatem, quam partim volunt, partim nolunt. Non omnes proinde, quibus inspirata est se emendandi voluntas, plenam de emendando se voluntatem habere, sive integrum & fortis; sed plerunque qualiter habuit Augustinus, antequam plene converteretur. Ad absolutionem vero talis voluntas non sufficit, sed fortis & plena requiritur, quam Os aureum exquisitam vocat Prolog. in Joannem: *Videjne (inquit) sola nobis opus esse voluntate? voluntate (inquam) non qualibet & vulgari, sed exquisita.*

1276 Objicies 4^o. necesse non est quod Confessarius judicet emendationem de facto fecuturam, sed satis est quod judicet peccatorum habere sic & nunc se emendandi voluntatem, licet posset mutandam, idemque mansuram absque effectu.

Respondeo necesse est quod Confessarius prudenter judicet peccatorem habere sic & nunc voluntatem plenam, exertam atque efficacem se emendandi. Sed ordinari non posse prudenter id judicare de peccatoribus, de quibus agimus, prout veteris Ecclesiae praxis, ceteraque argumenta superiora demonstrant.

1277 Objicies 5^o. Confessarius cavere debet quidquid presentis pacem turbare, vel ipsum a Confessione retrahere, vel in desperationem inducere potest.

Respondeo, quod cavere debet, ne id contingat culpa & imprudens sua; vel etiam culpae presentis, dum eam impeditre posset, falvo debito officii sui. Secus, si hoc impeditre non posset, nisi agenda contra officium boni Confessarii. Alijs absolutionem ne quidem differre posset habentes consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturae vel Ecclesiae, eti emendationis spes nulla appareat, damnatio ore proferat se dolore. Et propone emendationem. Quod Innocentius XI. damnavit proposit. 60. In tali proinde casu Confessarius imitator esse debet veteris Ecclesiae, imo & Christi, qui ab officio suo non delittat, ob scandalum Pharisorum; sed dixit: *Sinete illos, vaci sunt.* Debet & imitator esse Apostoli, qui 2. Cor. 7. dixit: *Etsi contristavi vos, non me penite.* Imitator & boni Medici, qui facere non delittat causa officii sui sunt, licet vident infirmum, vel ut phreneticum, in Medicum insinare. Imitator deinde Chrysostomi, qui homil. 62. in cap. 18. Math. *Non parum (inquit) metu, ne aut his qui ad nequitiam prioniores sunt.... majorem licentiam prebeam, aut temperantiores.... in despera-*

tionem inducam, ut, velut discipuli, dicant: quis potest salvare? "Faciamus tamen, ut qui attente andant, baniiores ac tuiores constituantur. Nam qui morbo laborantes incurabili non doleant, etiam sine hac oratione, a desidia & ignorancia non recedant. Quod si bene majoris causas conveniendi arriquerint, non mens profecta verbi, sed amentia sua calusa erit tribuenda.

Meminerint ergo qui similia objiciunt, 1^o. quod si, dum Confessarius officium boni Confessarii exequitur, aliquid mali peccatoribus accidat, ut mors in peccato, desperatio, &c. id Confessario non esse imputandum, sed malitia & amentia ipsorum. 2^o. felicem esse perturbationem, qua ad meliora compellit, & sublitter ad modicum perturbari facit peccato rem, ut ad se rediens, conscientia sua remoribus compellatur ad meliorem vitam; ne aliquo aeternitatem conturbetur, cum sis de quibus scriptum est Sap. 5. 2. turbabantur timore horribili. 3^o. veram non esse conscientias pacem, nisi cum Deo sit, per veram plenamque a peccatis conversionem. Pacem autem cum Deo fructu peccator expectat, nisi peccatum dereliquerit. Si enim in peccato perverteras pacem esse potest, dum ipsum Sacerdos prematur absolvit, non est illa pax vera, sed, ut Cyprianus in 1. de lapide, *Et irrita pax, periclitans danos, & nibil accipiens profutura.* Quippe non est pax ipsius, dicit Dominus: Isa. 48. 22.

Ceterum ita in negotio Confessarius additum pertinet & suaviter agere debet, ut similiter reverentia Sacramenta conular, & conitentis iustiti. Ideoque maxima & suavissima cum charitate ipsum allocando, officii sui rationem reddere debet, quod nihil tam in votis habat, quam ipsam Christi & Cœli lucifacere, proficiuntque ipsi absolucionem dare, quam, ob ipsius indispositionem, vel non satis exploratam dispositionem, modo dare non posset, ne se cum ipso in aeternum perdatur; daturus tamen quamlibet libertatem, dum melius disponit pronunciare dare poterit.

Quod si peccator equidem non acquiescat, sed res Confessarium indiscertionis, vel nimis rigoris inciderit: omni Christi amore Confessarius patienter sustineat. Non idem tamen absolverat ipsorum quantum minus est dignus, quanto magis indigatur anima sua Medico & Judici, officio suo rite fungenti; sed cum mansuetudine magna protegetur, ne nec zelo indiscretio, nec rigore in modo ad hoc moveri, sed veritate & charitate. Idque adeo reverentie, ut, si fecerit punitus ipse extremo in iudicio adversus Confessarium, exigeret, quod pro officio suo, salutemque ipsius, fortius non stetisset. Ipsi quoque in memoriam revocet ea quae ipsi carnalis Medicus faceret, si corpore infraimis esset. Quomodo utique corporales Medici suis infirmis *omnia que eis delectabilius esse videbantur, abscondunt* (verba sunt Augustini in 67. de temp. vel potius Cesarti in Append. 3. Aug. serm. 249.) Et quod dulce est ad integrum interdicunt. Aliquoties etiam frigidam accipere non permittunt. *In verbo & amarissimas potionibus bibere cogant, & afferrimis ferramentis eorum vulnera frequenter incident.* Hoc ergo quod pro sanitati corporis carnalis Medicis faciunt, pro animalium salute spirituales Medicis exercere contendunt. Hec ergo cogitate, fratres charissimi, Et tam pro mea, quam pro vestra salute ratione me redditum esse adest tribunal aeterni Judicis, non ignorans, eligo officia quidem sed solubilia vestris medicamenta ingere, ut vobiscum possem in Angelorum conforto perpetua merear incolumente gaudere.

Quam mansuetudine si necquam vietus peccator in punita dicat: *Si me absolvere nolis, ad alium ibo.* Confessarius ipsi cum Cypriano suaviter reponat: *Amitte & asceris ei, qui abs te avertire iram Dei nescit.*

Ei minari, qui pro te misericordiam Dei deprecatur, qui vulnus tuum sentit, quod ipse non sentis; qui pro te lacrymas fundit, quas forsitan ipse non fundit. Per me quidem licet; Confessarium aedes meliorcm. Hoc tantum vide, ne si quæras adulatorem, vel præmaturò desiderio tuo annuentem, iusto Deijudicio invenias deceptorcm. Malo tamen ut sarcinam hanc alius portet quam ego. Sed erèdi mihi, tamen salutis amantissimo, fine meliori dispositione absolvere te nullus potest. Fac igitur haec & illa opera bona, ut à Deo plenior imprectio contritionis gratiam, proficua tunc & salutari absolutione dignandus. Quam si ab alio fine meliori dispositione accipias, scito, quod grandis te sacrilegi, & æternæ damnationis periculum expones.

¹²⁷ 1.82 Satis ergo videt cordatus Lector, nullum inconveniens, nullum malum, ex præxi tam ratio[n]abilis, tamque suavi, natum esse sequi; sed si quo[rum] sequeretur, v. g. peccatoris desperatio, non ut in pluribus, sed in paucioribus, ad eoque non per se, sed per accidens sequeretur, non ex Confessario culpa, sed ex peccatoris malitia, vel proprie[rum] fatuis incuria, cuius causa non eset Confessarius. Unde nec talis accidentis rationem villam habueram SS. Patres, nec Ecclesia, per duodecim facula; nec Rituale Romanum, variis casibus negari vel differri volens absolutionem; nec Iancentius XI. eam concedi non permittens, penitentiæ habent confitentiam peccandi contra legem Dei, naturæ, vel Ecclesiæ, &c. Ob vanum itaque ejusmodi prætextum caveat Confessarius facere contra officii sui debitum, indigneis absolutionem impendendo: hoc enim faciendo, ipsi causa foret æternæ damnationis, æternæque proinde desperationis.

¹²⁸ 1.83 Vanum dico prætextum: quia ordinariè vanum est formido istiusmodi mali; utpote ordinariè nec probabile, nec fundata. Neque enim probabile, neque fundatum est, quod hinc penitentiæ tuo id accidet, quod vix in simili casu accedit nisi ex milie (probabile namque est quod frequenter, non quod rarissime accedit) vix autem nisi ex milie ejusmodi penitentibus accidit, quod propter dilectionem fibi (magna cum charitate, ut supra) absolutionem delperet, prout experientia demonstrat. Certum verò est, quod malorum probabiliter non futurorum formido minus movere debet Confessario ad absolutionem talibus peccatoribus mox dandam, quam formido ingentium malorum, ex dictis cap. 119. probabilitate oriturorum, juncta cum spe ingentium bonorum, ex dilatatione absolutionis communiter provenientium, ipsum movere debeat ad absolutionem ipsiis differendam. Idque propter tria, quæ simul juncta rem profligunt cunctum. Primo, quia formido malorum illorum ex absolutione dilatatione ultraquam vanâ esse probat ex dictis. Secundo, formido ingentium malorum ex mox data ipsiis absolutione communiter provenientium econtra fundatissima est, probabilitissima, à communiter accidentibus. Tertio, quia fides ingentium bonorum ex dilata talibus hominibus absolutione communissime provenientem similiter fundatissima est, probabilitissimaque, à communissima experientia cap. 121. comprobata. Atque certissimum est, Confessario, secundum regulas prædictas, majorē habendam rationem ipsi & formidiis fundatissimæ, probabilitissimæque, quam formidinis vanæ.

1.84 Obities 6^o. siqua foret ratio absolutionis diligis peccatoribus differendæ, maximè ut sufficiencia contritionis iþorum Confessario probaretur, gratiaque plenæ conversionis per opera pietatis ac penitentiae interim à Deo impreteretur. At ratio ita nulla est: quia opera pietatis ac penitentiae, in statu peccati mortalis facta, mortua sunt; nec

Ded 3

potest arbor mala fructus bonos facere, quibus Dei gratiam impetrat.

Nego minorem. Tametsi enim opera pietatis ac penitentiae, in statu peccati mortalis facta, proficia non sint retingentibus affectum ad mortale peccatum, nec ab eo se liberare incipientibus; proficia tamen sunt, non omnino mortua, si qui ex spiritu compunctionis in novitate vita ambulare volunt, & incipiunt, prout ex Scriptura & Patribus ostendit Bellarminus l. 3. de bonis operib. in partic. c. 3. 4. dicitque nominatum Augustinus tr. 44. in Joan. & l. 2. contra epist. Parmen. c. 8. Quodque peccator incipiat vivificari, dum ei conscientia, & nova vita propositum & inchoatio per Dei gratiam inspiratur, Ecclesia docet: quippe quæ per Constitutionem Pii V. Greg. tri XIIII. & Urbani VIIII. contrariam propositionem meritissimè condemnavit.

Obities 7^o. salem opera hominis per absolutionem iustificati magis impretratoria sunt, quam nondum iustificati. Igitur diœli peccatores mox absolvendi sunt, ut per opera pietatis, in statu gratia facta, majorē imprectio gratiam contra rapsum.

Vcrum-enim verò tutum non est in rebus tantum momenti, que à divina pendent voluntate, erraticam rationem purè humanam sequi & auscultare. Imò unice tutum divinis eam affari submittere, nobis immortentibus per Scripturam, Traditionem, & præmixim Ecclesiam per duodecim facula; ex quibus habemus melius esse quod dicti peccatores per humilis, laboriosæ penitentiae opera preparatoria se disponant ad obtinendum firmæ & stabiles conversionis donum. Tametsi enim generaliter loquendo actiones hominis iustificati magis meritaria sunt, ac Deo grata, quam hominis non iustificati; consequens non est quod convenientiores sunt ad obtinendum illud donum, quod Deus concedit quibus, quando, & quomodo vult. Non vult autem ordinari illud concedere, nisi exercentibus se in illis penitentiae operibus, sicut firma humilitatis donum v. g. ordinari conferre non vult nisi exercentibus se in humiliacionibus. Et sic de aliis virtutibus. Antequam ergo Deus magno peccatori, præsternit confucrudiario & recidivo, firma & stabiles conversionis gratiam concedat, vult ut ad eam se disponat, per gratiam faciendo quod in se est, quodque Deus ab ipso exigit ad eam obtinendam, timor ut ad eam se disponat per opera piòportione, quæ sunt humiliis & laboriosæ penitentiae opera non momentanea, sed duraria, quibus homo 1^o. coram divina Majestate te multum humiliat & confundit, quod eam pro nihil offendit. 2^o. magnam de offensis in Deum commissis horrorem & odium concepit, & magnam contra seipsum indignationem 3^o. non levem de seipso vindictam sumit, seipsum puniendo. 4^o. pro offensarum remissione per gemitus, lacrymas (saletem cordis) & orationes divinam misericordiam diu multumque deprecatur. Ita sunt opera, istæ dispositiones, quibus homo voluntatem suam palatim firmat ad declinandum à malo, & faciendum bonum; quibus proinde, secundum Dei voluntatem, facit quod in se est ad obtinendum firmæ & stabiles conversionis donum; sine quibus denique illud concedere non solet. Aliæ sunt gratiae, alia dona, quæ conceduntur iustis, & ab ipsis præ aliis impreterantur, videlicet pax & gaudium in Spiritu sancto, quibus conscientiae remorsus sedantur, fiducia habetur in die judicij, & alia ejusmodi, quibus homo minus moverit ad concipiendum ingens odium horroremque peccati, quam cui coram Deo humiliacionibus, gemitis, lacrymis, penitentia laboribus, &c. quibus proinde convenientius disponitur ad obi-

necadam voluntatem firmatam contra relapsum.
1286 Objicies 8^o. melius est consuetudinarius & recidivos citio absolvere, quam diffire, ut fragilitas ipsorum, per Sacramenti gratiam, adversus recidivam roboretur. Cum gratia hujus Sacramentum ab ea präserverat.

Nego antecedens, cum Ecclesia & Traditione, quæ melius judicat absolutionem ipsi differre: quia ordinariæ non judicat ipsos dispositos ad recipiendam gratiam Sacramenti, per quafragilitas ipsorum à recidiva präserveatur. Nec vera gratiam illam ordinariæ recipiunt, qui citio absolvuntur, prout à posteriori conflat ex eo quod ordinariæ æquæ citio & facile post absolutionem relabantur, ac ante.

1287 Objicies 9^o. praxis hodierna differendi absolutionem, usquedum peccator, per opera penitentias emendata, vitam incepit meliorem, nec conformis est Ecclesia praxi antiqua, nec modernæ. Secundum canones quippe antiquos publicam duntaxat peccatoribus, vel publicè penitentibus absolutione differebatur. Ecclesia verò moderna Confessioni absolutionem conjungit.

Respondeo negando antecedens pro utraque parte. Quia licet per omnia conformis non sit praxi Ecclesie sex priorum sacerdorum, quæ publicam penitentiam statuerat, etiam pro criminibus occultis, & longè rigidiori, diuturniorumque quāmodò: hodie tamen duo essentia, illius præcessos observamus, probationem utique per opera penitentias, antequam magnos peccatores absolvamus, atque ab Eucharistia separationem. Et in eo conformis est praxi Ecclesie à saeculo septimo ad duodecimum, quod pro criminibus occultis nonnisi occultam imponamus penitentiam, tametsi etiam breviorem, minime rigidam. Tametsi verò praxim antiquam necessaria non sit per omnia sequi, non est in totum negligenda, sed saltem in essentialibus, quæ divini juris sunt, sequenda, ut sapè dixi.

1288 Praxis quoque nostra conformis est praxi hodierna Ecclesie Græca, quæ à quanto saeculo usque in præfensi magni peccatoribus canonican etiam plurium aurorum imponit penitentiam; licet a tempore Patriarchatus Nectarii amplius non publicam. Eamque impleri vult antequam ipsi Eucharistie usus permittatur. Est denique conformis praxi Latinae Ecclesie praesentis, in omnibus casibus, in quibus majores Pralati illius differi volunt peccatoribus, velut indispositis, absolutionem. Et idē cum ut talēm approbat meliores etiam è Societate Theologi, Bellarminus, Emericus de Bonis, Segnerus, Cardinalis de Lugo, &c. tunc etiam cum peccator creditur esse conversus, & Confessarius dilationem absolutionis expedire judicat ad procurandam ipsi conversionis stabilitatem, ipsumque à relapsu preferendum.

1289 Objicies 10^o. dilatio absolutionis peccatorum exponit periculo damnationis. Si enim absque absolutione subito interim moriatur, in itatu peccati mortalis, absque remedio illius moriatur. Et consequenter daminabitur.

Negatur antecedens. Neque enim Ecclesia, quæ tot saeculi magni peccatoribus absolutionem distulit, ipsos propter periculo damnationis expulit. Mirumque profecto, quantum hallucinantur Adversarii, qui præpropter nihil profutura, immo potius obfuturæ absolutionis facilitate, existimant talium se peccatorum salutem in tuto collocare. Imò in magno valde cam ipsi ponunt discrimine. Si enim contingat ipsos cum tali absolutione, probabilius invalida, mori, ob communum sacrilegium, in majori erunt damnatione. Et quamvis tam citio non moriantur, peccatores euidem valde probabiliter indispositos absolve-

do, valde probabili periculo damnationis ipsos exponunt. Quia peccatores sic aboliuti, feiores se putant, nec de procuranda sibi meliori dispositione solliciti sunt. Ideoq; in itatu peccati vivunt & moriuntur. Et itud periculum magis caveret debet Confessarius, utpote magis, & morale, non physicum duntaxat. È duobus verò periculis, minus est eligendum, & physicum ponit quād morale duntaxat. Quod enim magnus peccator, maximè consuetudinarius, indispositus absolvatur, si mox absolvatur, valde frequens est, ut superiora demonstrant argumenta. Rarum verò & infrequens est, in tanta Sacerdotum copia, quod ad tempus dilatus, sine absolutione subiit moriatur. Et idē periculum itud morale non est, sicut illud, sed physicum duntaxat. Videri potest Eminensissimus Cardinalis Denhoff ad object. 7. ubi obseruat, metum ilium damnationis ad dilationem absolutionis, malū damnationis esse artificium. Tametsi enī timor damnationis utiliter ingrat, ubi peccandi sc̄e offert occasio, vel penitentia differtur; noxius est, dum impedit peccator tempus necessarium accipiat, acb̄tēque se disponat ad obtinendam veram plenamque conversionem, per quam idoneus fit ad fructuosa absolutionem. Flagitosus homo totum amī spatiū & foras ultra, in criminib; hacten, nesciūllo damnationis timore concutitur. At ubi innotetur aliquando tempore se per opera penitentia disponere debet, ut fructuosè absolvatur, tunc demum timore substantia moris & damnationis concutitur. Quis non intelligit hoc proficiet ab humana salutis hoste, qui sicut pudorem, quem in perpetrando crimen abstulit, confitendo refluit, ut a confitendo deterret; sic moris & damnationis timorem, quem peccando, & in peccati manendo abstulit, confitendo reddit, quando prudens Confessarius judicat mox non absolendum, ne siue penitentia necessaria absoluens, sine penitentia vivat, & moriatur.

Monetur ergo peccator de illo damnoni articulo, jubeatur Deo habere fiduciam, quia si vitam non eripiunt peccanti, nec auferit penitenti, se ad dignam absolutionem per opera penitentia disponere i. Et ut tunc vitam tolleret, dummodo imperfictam faltem contritionem habet, moriatur in itatu salutis, summo Sacerdote. C. suppleente invisibiliter visibili Sacerdotis visibili ministerium, cuius non defususst in penitentia votum. Ite namque est Ecclesie sensus, pluribus in Concilii declaratus, nimis in Concilio Vaticani c. 2. ubi statutum, eorum qui penitentia accepta, in bono vias curſu, satisfactori compunctione viventes, sine Communione (sicolum vocabulū absolutio) in operis nonnullis transiit, in agri, aut in itineribus prævenientibus, oblationem recipiendas, & eorum funera, ac deinceps memoriam, Ecclesiastico affectu prosequendam. Quia nefas est eorum commemorationes excludi à salutibus sacris, qui ad eadem sacra fidei officia contendent, dum se diutius reos flatuntur. & indigne salutaribus mysteriis judicant, ac diu purgatores rejiciunt desiderant, atque Sacramenta Platice intercipiuntur. Similiter in Concilio Carthaginensi IV. c. 79. Penitentes, qui attentè legi extinxuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non posse, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendatur. Ita in Concilio Arelateni II. c. 8. De his, qui in penitentia positi, vita exceperunt, placuit nullum ratione Communione debere dimitti, sed pro eo quod honoravit penitentiam, oblatione illius recipiatur. Ita quoque habetur in Concilio Aquitanensi I. & Tolentino XI. Ita denique crediderunt SS. Patres, Ambrosius de obitu Valentiniiani, Bernardus de hum. condit. cognit. Augustinus l. 4. contra Do-

nat. c. 24. & 25. ubi id sic ostendit: *Sic in illo Latrone quod ex Baptismi Sacramento defuit, complicitus Omnipotens benignitas, quia non superbiam vel contemptum, sed necessitate defuerat; sic in infantibus, qui baptizati moriantur, eadem gratia Omnipotenti implere credenda est... Quibus rebus ostenditur, alind esse Sacramentum Baptismi, alind conversionem cordis, sed salutem bonitatis ex utroque compleri; nec si unum horum defuerit, ideo putare debemus congeveri esse ut & alterum defit, quia ita: si sine ipso potest esse in infante; Et hoc sine illo potest esse in Latrone, completere Deo sive in illo, sive in ipso, quod non ex voluntate defuisse.*

¹⁹¹ Objecies 11^o. Confessarius debet esse benignus ac misericors, nec avarus dispensator, absolucionis, cuius Pater familiis caelitis largus est.

Respondeo, debere esse benignum, ac misericordem, non peccatores blandimentis adulantibus decipiendo, corumque peccata fovento (ut fit) secundum proxim Adversariorum, quam idem SS. Patres vocant *misericordiam falsam, veram crudelitatem*) sed peccatores tanando, plor a peccatis revocando, & salutem ipsorum promovendo; quod fit secundum proxim nostram, quam idem veram benignitatem misericiordiamque Chrysostomus vocat.

Neque secundum proxim istam Confessarius avarus est, sed fidelis & prudens absolucionis dispensator, divinae misericordiae ac caelitis Patris-familias imitator, dum non absolvit, nisi quem prudenter credit a Deo absolucionem, vel per ministerium suum hic & nunc absolvendum, juxta illud Gregorii Magni: *Ilos debemus per pectoralem autoritatem solvere, quos Autorem nostrum cognoscimus per iudicantem gratiam vivificare.* Alter facere, est absolucionem & pretiosum Christi sanguinem prodigere, ac utrumque infideliter imprudenterque dispense.

¹⁹² Objecies 12^o. tribunal poenitentiae, tribunal est misericordiae. Nullus igitur a tribunali illo difficilis debet, absque effectu istius misericordiae.

Respondeo 1^o. tribunal poenitentiae esse tribunal misericordiae, simul & iustitiae; misericordiae erga indispositos ad effectum misericordiae. Erga indispositos, iustitiae. Neque enim tribunal est vendi dumtaxat, sed & ligandi, uti confat ex Matth. 18. *quacumque diligaveritis, &c.* Et Joan. 20. *quorum remissoris peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Respondeo 2^o. misericordiam erga indispositos ad absolucionem exerceri, quando ligandi portetas erga ipsos exercetur: *Nam & tu si videbis equum, qui in precipita fortia, fractum in iugis, acriterque inhibes, ac super flagellis (ait Chrysostomus lapè relatus) atque cruciatus hoc est; regnum bujusmodi cruciatus salutem ei afferit.* Eandum igitur erga eos qui peccant ratione tene. Vinculis eum qui facinus improbum admisit coerce.... solutum & liberum eum ne linquas.... Si vincula tibi injecero, Deus jam non vinciet. Sit autem in vinculis eum non tenetur; et ipsi modo ex eo vincula manent, quae frangi nullo modo queant.... Proinde non est quod hanc rem crudelitatem ad saevitiae esse arbitrari, sed summa clementia, & benignitatis, praestansimeque modendi rationis, nec vulgaris erga peccatoris salutem cura. Memoranda ita: Chrysostomi verba super reperire non piget, ad obtrahendum os clamare non collantium adversus proxim nostram, velut rigorem execissivum pre se ferentem.

¹⁹³ Objecies 13^o. nisi poenitentis mox absolvatur, communicare non poterit. Si autem non communiceat, illi qui hoc animadverterint, postquam confessus fuit, scandalizabuntur. Subpicabuntur enim communis ab ipso grave peccatum, a quo non fuerit absolutus. Et sic ipius confessio quodammodo revelabatur.

Respondeo 1^o. arguments ista omnia nimis probare, nemini unique confitenti ullo casu absolutionem negandam vel differendam, ne confessio ipsius reveletur. Hoc autem est istius revelationis arguere proxim totius Ecclesiae veteris per duodecim saecula; sicut & proxim Ecclesia moderna, qua in Rituale Romano variis casibus negari vel differri vult absolutionem.

Respondeo 2^o. siquod inde scandalum oriatur, non est datum, sed accepit. Non enim violatur secretum confessionis, etiam virtualiter, per foliam dilationem absolutionis; ut potest tam secretam, quam est confessio ipsa. Neque per omnino communionis, post confessionem; ut potest que celari potest a poenitentie; & ut innoteat, sciri non potest causa, propter quam omittitur. Cum varia esse possit, v. g. timor reverentialis, corporis indispositio, solutio jejuni naturalis, praecipuum Confessarii, meliorem in poenitente preparationem desiderant, etiamque ipsi dederit absolutionem, qua etiam differri potest poenitenti ad eam dispositio, prout ex communi sententia Theologorum doceat Cardinalis de Lugo num. 1260. & 1261. laudatus. Siqua proinde oriatur suspicio criminis a poenitente commissi, propter quod ipsi negata fuerit absolutio & communio, suspicio ita temeraria erit. Per consequens omnino illa proprieta causa non est scandali, sed ad summum admiratione cuiusdam, ob quam nec Confessarius desiderare debet a debito officii sui, nec poenitens vim inferre Corpori Christi, ut Cyprianus loquitur. In modo peccator debet potius eligere, ut abstinentia reddatur *sufficiens*, quam communicando manducet *indignus*, uti cenfet Summus idemque doctissimus Pontifex Innocentius III. l. 4. de Mysteriis Milt. c. 13. Et ratio esse potest, quia sibi non Confessario, peccator suspicionem illam, seu talen quemam infamiam impotare debet (si nolite cam in foliam hominum teriteratam rejicere) quia culpa ipsius est, quod ad Poenitentiae Sacramentum indispositus, vel non satis explorat dispositus accesserit. Dum tamen confitens suspicionem illam allegat, benignè monendum est, quod magis timere debet judicium Dei, quam temerari suspicionem hominum. Magis jaerum anima, quam fama. Magis follitus esse de tantis Sacramentis honore, deque aeterna sua salute, quam de vana opinione.

Objecies 14^o. Sacramentum Poenitentiae institutum est, ut per Sacerdotium sententiam, non semel, sed quoties ad amissis peccatis ad ipsum poenitentes confringantur, posse liberari. Tridentinum test. 14. c. 2. Sufficit ergo ad ipsum confringere, & ad pedes Sacerdotis de peccatis poenitentie, emanationemque proponere, ad obtinendam sententiam liberationis, seu absolutionis.

Conceditur totum, modo poenitentia illa, emendationisque propositum sit ex toto corde, plenaque (non semipena dumtaxat, & semisacra) voluntate, signis sufficientibus Confessario probata. Quod ordinari non verificatur in iis, de quibus agimus, prout ipsi faris ostendunt, ex hoc quod immundus animalibus similes, è lavacro ad volutabrum luti, è volutabro ad lavacrum citid & faciliter redentes, factio ostendit se plenè non velte mundari; sed lordidi fordeficer adhuc.

Objecies 15^o. Ezech. 33. 12. scriptum est: ¹²⁹⁴ *Impieas impie non nobis ei, in quacumque hora convergens fuerit ab impietate sua.*

Respondeo Prophetam non dicere in quacumque hora, sed in quacumque die. Sive interim dicat in quacumque die, sive in quacumque hora, non loquitur de conversione superficiali, vel semiplena, nec de gemitu momentaneo, vel lachryma sterili, & absque effectu; sed de conversione ex toto corde, sive totali atque efficaci. Se-

quitam enim v. 14. feceritque judicium & justiam, & pignus restituerit . . . in mandatis vita ambalaverit, nec fecerit quidquam injustum, &c.

1296 Obiectio 16^o. si confutudinarii & recidivi
absolutio mox non concedatur, ad Confessionem
amplius non revertentur, vel certe non confite-
buntur amplius peccatum confutudinis sue.

Respondeo cum Eminentissimo D. Cardinale Denhoff, non idem fas est Sacerdoti Poenitentiae Sacramentum sacrilegè ministrare. Itaque postquam Confessarius magna cum charitate & suavitate fecerit quod officii sui est, si peccator perire velit, vel amplius confiteri noluerit, Confessarius animam suam coram Deo liberavit, nec ipse perditio vel malitia peccatoris imputabitur, sed ipi soli. Scriptum est enim Ezech. 33. 9. Si autem annuntias te ad insipium, ut à vijs suis convertatur, non fuerit conversus à via sua: ipse in iniuritate sua morietur: porro tu animam tuam liberasti. Econtra verò, si Confessarius peccatorem indispositum absolveret, atque ob id ipse periret, culpā Confessarii periret, animamque ipsius de manu Confessarii Dominus requireret, prout dicitur ibidem v. 6. 7. & 8. Obiectio proinde ita similis est ei, quia Medicus quispiam diceret: Cave ne istud vel illud remedium, licet necessarium, inferno tuo applies, quia ab eo tantum habebit horrem, quod si illud applicaveris, te amplius non vocabit; idemque morietur. Cui Medicus, decisus non volens officio suo, merito responderet, dolere se, quod cum infirmo suo, de salute periclitante, agere nequeat secundum regulas artis sua. Quod non idem fas ipsi sit cooperari morti infirmi, agendo contra officium boni Medicorum.

1297 Obiectio 17^o. si emendatio confutudinaria & recidivorum, promptudoque ad satisfaciendum Deo per opera poenitentiae requireretur ad ipsos absolutione donandos, pauci forent ab solutione digni. Ferè omnes proinde repellendi.

Respondeo cum laudato Eminentissimo, si Confessarius omnes uniformiter agerent secundum Dei & Ecclesie leges, peccatores aliam sibi praeformarent poenitentia idem, coquā pacifico ritè se disponerent ad absolutionem. Nima ergo absolvendi facilitas plurimorum Confessariorum causa est, quod confutudinarii & recidivi eam sibi non efformant idem poenitentia, quam debent, idemque valde multi ex ipsis ad Poenitentia tribunal accedant indispositi. Et ita nimis facilitas causa est impenitentia ac perditionis valde multorum, ut Sancti docent. Non idem tamen Confessarius debet quemquam durè repellere, sed eos etiam, qui ob dilatam sibi absolucionem exulerant, suaviter monere, quod id fiat ob saltem ipsorum, patienterque suffinere querimonias ipsorum, sperando futurum, ut ad meliorem fragem aliquando reversi, pro beneficio gratias acclari sint: *Certs enim sumus (uti) Clerus Romanus ad Cyprianum scribit epist. 50.) quid spatio pro- ductoris temporis, impetu ipsorum conlentes, amabunt hoc ipsum, ad fidem se dilata esse dis- ciplinam; si tamen defit, qui illas arment ad pecuniam proprium, & in perversum instruentes, pro faliutaribus dilationum remedii exitio/a depositant illis properata Communione venena.*

Obiectio 18^o. per proximam nostram Sacramentorum frequentia impeditur.

Proctus à veritate aliena est obiectio ista: quippe de cuius facilitate tellis est experientia, quā videmus, Sacramentorum frequentiam maximam esse in Ecclesiis, in quibus Pastores & Confessarii proximam nostram sequuntur: utpote per quam confutudinarii ac recidivi multi, ad se redeunt, pravosque habitus emundantes, convertuntur, converisque pictatis affectu stimulantur ad Sacraenta cum fructu frequentanda, quorum

aliis ipsa rara erat frequentia, eaque inserviosa, quia sacrificia.

Obiectio 19^o. si confutudinarii & recidivi sufficientem de peccatis non habeant dolorem, doleant se non habere: sufficiet hoc ad absolutionem.

Respondeo, dolorem de eo quod sufficientem non habeas dolorem non magis sufficere, quam dolorem quod non habeas firmum amplius non peccandi propostum. Quia scilicet dolor ille est quidem dispositio aliqua ad dolorem, sed non est re ipsa & effectiva dolor ex toto corde. Qualis ad hoc Sacramentum peccatorumque remissionem necessarius est, sicut aqua ad baptismum, iuxta Tridentinum scilicet 14. c. 4. & can. 4.

Si dicas, in defectu aquæ, sufficere votum, seu desiderium baptismi: similiiter proinde sufficere votum, seu desiderium habendi verum effectivumque dolorem.

Respondeo 1^o. si desiderium istud plenum faret, atque ex toto corde, non esset absque effectivo dolore: utpote qui actus est voluntatis; quem per confequentem habet, qui pleno argue in corde habere vult. At non sic ordinata voluntate confutudinarii & recidivi; sed volunt & non volunt. Quia peccata ex toto corde defertur non volunt.

Respondeo 2^o. deficiente aqua, baptismum conferri non posse ob votum seu desiderium illius. Similiter ergo deficiente vero & effectivo de peccatis dolore, Sacramentum Poenitentiae contentum non posse ob desiderium ipsius.

Obiectio 20^o. confutudinarii & recidivi, non obstante frequentia & facilitate relapsi, mox absolvuntur variis in casibus, videlicet 1^o. si sunt milites ad prælium properantes, vel alias expositi periculo mortis. 2^o. si ex desperatione Confessarius videat eos adeo perturbari, ut periculum probabile sit, quod scipios sint encerrari. 3^o. si sunt Parochi, seu Sacerdotes, quos oportet celebrare. 4^o. si ex praecipto Ecclesie oporteat eos in Paschæ communicare. 5^o. si in die indulgentiarum, ardenter cupiant eas lucrat.

Ad 1. respondeo ita esse, ob probabile mortis periculum, in quo dubiè contriti perficiunt & debent absolvit, non obstante periculo nullitatis Sacramenti. Cum enim Sacraenta pro salute hominum sint instituta, ubi salus hominis periclitatur, Sacramentum periculo nullitatis licet exponiatur, ut salus hominis assecuretur, v.g. baptismus licet confertur in aqua dubia, dum non suppetit certa. Isto tamen casu milites maxima cum charitate pro posse juvandi sunt, ut ad veram de peccatis ex toto corde contritionem excentur.

Et hoc procedit etiam in secundo casu, si de sperabundis illi, non ex malitia, sed ex perturbatione magna verentur in periculo, dequeo in oblatione. Qui tamen casus rarus est. Et idem carent sancti Patres de his, qui alios in heresim, vel apostoliam cum uxore & liberis probabiliter timenter prolapserunt. Nam si panitentiam refusamus, habentes aliquam fiduciam tolerabilis conscientia (ait Cyprianus epist. 52. ad Antonian.) statim cum uxore, cum liberis, quos incolueremus revererant, in heresim vel schismam, diabolo invitante, rapiuntur. Et adscribent nobis, in die Judicii, nec ovem sauciam curasse, & propter unam sauciam multas perdidisse. Sic Antecelestes nostri septem fecerunt. Sic Cornelius Papa Trophimus Episcopum absolvit, quocum pars maxima plebis abscesserat, ipsoque redeunte, & satisfacente, & penitentis depreciationis errorum pristinam conscientem, & fraternalitatem, quam ruper abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione revocante, audire sunt ejus preces, & in Ecclesiam Domini, non tam trans-

plimus, quam maximus fratum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admissus est; qui omnes regresuerunt ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante venissent. Similia habet Augustinus I. 2. contra Cretcon. c. 11. Ex constanti proinde veritate Patrum sententia, casus justus necessitatibus, quo dubius dispositus absolvitur potest, est quando plures alios secum in unitatem Ecclesie trahet, si absolvatur; trahit verò in schismata, vel in heresim, si non absolvatur. Videri potest Morinus I. 1. c. 19. l. 4. c. 11. & l. 9. c. 6.

1304 Ad 3. respondeo, casum illum Sacerdotis non esse casum iustæ necessitatis, in quo Pœnitentia & Eucharistia Sacraenta, ipsiusque sacrosanctum Missæ sacrificium exponeat licet periculum sacrilegia prefationis, in quo proinde Sacerdos dubitè contritus absolvitur queat, vel præsumi sufficiens contritus. Cum difficilior sit Sacerdotum, quam aliorum vera & plena conversione, post commissum grande crimen, maximè carnis, ut probavimus libro praecedenti cap. 46. & 47. ubi de isto casu plura videtur licet.

1305 Ad 4. respondeo Paschalium Communione, à talibus, ex Confessarii præscripto, differendam. Propter similes namque causas Concilium Lateranense Communione Paschalis præceptum (cap. omnis utriusque sexæ exopsum) temperavit, dicens: nūs forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinentiam. Propterea, qui ejusmodi est, expectare non debet ultimos quindecim Paschalies dies, si velit cum aliis in Paschale communicare, sed circa initium Quadragesime (ut monet S. Carolus, & mos olim erat) vel aliquantidù ante Pascha, dignis pœnitentibus fructibus probare sibi debet dignum Paschalium Communione. Quod si neglexerit, suam sibi ad hoc indispositionem debet imputare.

Ad 5. respondeo, Sacramentum, isto prætextu, periculo exponi non posse. Primo, quia indulgentia nonnulli pœnitentibus & contritis concessitur; sine vera proinde pœnitentia, nulla proficit indulgentia. Secundo, quia per veram extor corde pœnitentiam peccator prius cripendus est ex inferno, quam per indulgentiam lucrum eripatur ex purgatorio.

C A P U T CXXVIII.

n pulverem pariter rediguntur argumenta novissima Martini Steyaert, Henneguieri, Casroli ab Assumptione, &c. Illudque imprimitur palmarie, quod petunt ex Lut. 17.

1306 M^ritum quanto isti cum strepitu in doctrinam proximam nostram infurixerunt, partim Theibus, partim Libellis editis, in quibus tantum animi commotionem non manifestarent, si depositi tantisper prejudicium rem totam sedato animo viri doctissimi considerarent. Sic enim ipsi metu animadvertisserint, solidis se argumentis utique ad delitos, ut ca^m specialiter objecint, dum solutionum nostrarum validum ictum insinuante non valent, vitri, immo pulvis in illarum in aera diffillant.

Sed priusquam hoc ostendamus, notandum est inter Adversarios illos nostros hac in re diffidium. Carolus namque ab Assumptione in Pentalogio suo Diaphorico p. 70. Nec recidivus (inquit) ex eo quid quiescebat, tale propositum, tories in eo non fecit, debet estimari irrisor Sacramenti, si denè cum tali proposito accedat ad confessionem. Et pag. 98. Qui promisit sepius dimittere occasione peccandi, & non dimisit, non ideo præsumitur non habere voluntatem relinquendi; nec ex hoc prædictè capite debet ei, titulo indispositionis, seu deficientis voluntatis, denegari absolutione. Et in Appendix

Tom. III.

Pentalogi pag. 3. Cum ex frequenti relapsu, aut longæ consuetudine non appareat manifesta ratio, quod pœnitentis non habeat hic & nunc dolorem de commissis, & propositum de non commitendis; id est ex relapsu, etiam frequenti, & consuetudine non posse pœnitentis prudenter estimari factus vel mendax, sed tantum quid in dolore non habet. Et in Elucidatione sua pag. 2. Je sc̄tiers, que sans une preuve convaincante, mille rechutes n'empêchent de croire sur sa parole le recidive de mille fois, lors qu'il dit d'avoir un vrai repentir, & un vrai propos de ne plus pecher, & qu'il donne tout l'exterieur d'une bonne confession. Et in defens. commun. Ecclesi. prax. pag. 97. sic Deum loquenter inducit: *A vobis, debiles peccatores, qui fuitis viginti annis peccantes ex habitu, quis centies & centies in eadem peccata relapsi estis, sine ullo contrito ad emendationem; etiamque vitam duxeritis enormiter flagitioram, nullamque sit crimen, quod non commisisti, non postulo emendationem notabilis tempore, nec studius dignos pœnitentia. Non postula nisi folia. Confitemini corde contrito, & remittant vobis omnia peccata vestra; per absolutionem Ministri mei.*

Steyartius verò in tr. de oper. pœnit. Et in libro, cuius titulus: *Praxis & doctrina communis Ecclesie absolvendi, &c.* approbat opera pœnitentia externa iœnalia ante absolutionem ordinariæ exigenda esse à peccatoribus publicis, obduratis, consuetudinariis, aut in crimina enormia lapsis; secundus (inquit) à peccatoribus ordinariis, & iis qui solent aliquando labi in mortalibus ex fragilitate. Porro inter peccatores ordinarios anno 1691. in Theſi Sabbatinali recentuit lapsos in fornicationem, cum dixit: *viſcitasem fornicationis: v. g., sed nondum verba in consuetudinem, melius curaveris citâ absolutione, quam aliquot dierum dilatatione.* Quod usque adhuc extendit ad Sacerdotem in fornicationem lapsum, ut sub finem anni 1689. publica in disputacione dixerit: *Sacerdotem noctu in fornicationem lapsum, posse die sequenti absolviri, & mitti ad altare, si alia plebs die Dominicâ Sacro fruſtranda fore.*

De Doctor Martin quid dicam? Vix manus 1307 subduxerat ferulam Bedelli Coloniensis, cum adoptavit libellum immodestum, cuius titulus: *Apologia pro præxi communis pœnitentia*, cuius vix folium extat, in quo non probra & convicia expanuant, dieteraque plene effundantur modio. Obscuri verò nominis Author, qui Apologiam illam concinnavit, etiam à semetipso in plurimis diffidet. Quippe modò affirmat, modò negat confutandarios facile & citè converti. Modò affirmat ipsi necessaria esse longa pœnitentia opera ut convertantur, modò negat, uti demonstravimus in Theologia Sanctorum vindicata. Modò affirmat ordinariæ prudenter credi consuetudinario & recidivo, post frustrate promissa omnia dicenti velle se emendare, modò id ipsum negat, argumentis nostris convictus. Denique modò affirmat frequentes relapsus, vestitos circumstantis, v. g. hominis consuetudine gravati, talutis suis incurri, remedia sibi contra relapsum præscripta negligens, &c. defectum inferre propositi, modò dicit solum inferre mutationem propositi. Quid mirum? erroris ita est natura, sibi non constare. Sola veritas sibi per omnia conflat.

Henneguierus denique in Dissert. Theol. de abs. p. 2. a. 4. conclus. 2. dicit, ex relapsu, quantumvis frequenti, atque ex consuetudine, etiam inveterata, non posse inferri rationaliiter defectum dispositionis ad Pœnitentia Sacramentum requisite. Conclus. proinde 3. censet, accedit ad Confessionem, & dicenti sibi inesse veram de peccatis doarem, cum absoluto emendationis proposito, quantumvis relapsus & consuetudinario, si aliud non ob-

Ecc